



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 27. Varia Clementis XII. summi Pontificis gesta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

per fidem ita declarare, ut nullum dubium Sæc. XVIII.  
 relinquunt, bona opera esse necessariam con- A. C. 1734.  
 ditionem ad justificationem nostram coram

Deo. Quis autem Catholicorum unquam inter fidei suæ dogma recensuit, opera bona proprie & de condigno (ut Theologi loquuntur) meritoria primæ justificationis esse; docent ubique Catholici, ea requiri duntaxat ceu dispositiones, & tanquam meritum de congruo. Ceterum ex his habetur paradigma de unione Protestantium in articulis per symbolicos libros stabilitis: absit tamen a me, ut cum Joanne Conrado Dippelio Prædicante in hoc erumpam convitium: libri symbolici Lutherane Eccl. Acta Hist. Eccl. l. 4.  
 est in toto eorum systemate Theologico nul- p. 99l.  
 lus omnino invenitur articulus cum Dei Verbo consonans, sed nil nisi veterum hominum traditiones ibi reperiuntur.

§. XXVII.

*Varia Clementis XII. gesta.*

Jam ante aliquot annos Yprensis Episcopus, ut Ecclesiæ suæ moderamini rite prospiceret, ad Sacram Concilii Congregationem perscripserat, supplicans, ut certa sibi regula præscriberetur, juxta quam se opportune posset gerere circa matrimonia, quæ in Eccl. dera-

Qq 4

Sec. XVIII. deratis Belgii Provinciis sæpe sine  
 A. C. 1734. rochi & duorum testium præsentium  
 vel ab hæreticis inter se, vel a Catho-  
 licis cum hæreticis contraherentur  
 etsi ibidem Synodi Tridentinæ de-  
 tum circa Matrimonii valorem  
 tum promulgatum esset; an ergo  
 Matrimonia pro nullis vel validis re-  
 tanda essent, decidi petebat Episcopus  
 Maximi momenti hæc quæstio Romæ  
 videbatur; quocirca summus Pontifex  
 rem maturo Cardinalium ac Theologorum  
 illo ævo Romæ celebrati  
 examini commisit: Strenue operam  
 num admoveere omnes, ac præsertim  
 Carolus Cavalchinus Præsul ac Archiepiscopus  
 Philippensis, qui in S. Congregationi  
 Concilii auctoritate præerat, nullum  
 omnino præterminatum borem pro colligendis  
 omnibus, quæ hanc in rem olim decreta  
 fuissent, quæque suam sententiam aliorum  
 quæque iudicio subjiceret, accuratam  
 dissertationem, qua hoc argumentum  
 pertractavit, conscriptam publicè  
 præfata S. Congregationis tres alii professorum  
 Theologi Romani tres ejusdem  
 dissertationes hanc in rem elaboraverunt.  
 Quæ omnia postea in unum collecta  
 in tomo foliorum præfate Congregationis  
 Anno 1741. impressa sunt.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1734.

diere: Ut vero Clemens in re tanti momenti quam accuratissime procederet, aliorum quoque Belgii Episcoporum relationes atque sententias expeti ac explorari voluit, quibus omnibus ea, qua par est, maturitate discussis tantum temporis præterfluxit, ut vivente adhuc Clemente XII. hæc quæstio auctoritate Apostolica decidi non posset, quam tamen Benedictus XIV. primum die quarta Novembris anno currentis sæculi quadragesimo primo definivit, declarans, Matrimonia inter Hæreticos ibidem esse valida, adeo, ut si ambo conjuges ad fidem Catholicam revertantur, consensum non esse renovandum, & si unus duntaxat Conjugum ad unitatem redeat, hunc ad alias nuptias transire non posse: Præterea Pontifex nuptias ab una parte Catholica cum altera hæretica contractas quidem damnat, si tamen contractæ jam sint, validas esse decedit.

Sub idem ferme tempus aliud negotium Pontificis sollicitudinem exercitabat. Illius occasio erat hæc: Ludovica Adelhaidis Aurelianensis Ducis olim Franciæ Administratoris Filia decimo nono ætatis suæ anno die trigesima Martii invitis Parentibus Calæ in Abbatia ad S. Georgium Sanctimonialium habitum induit, ac biennio

Qq 5 post

Sæc. XVIII. post scilicet Anno 1719. in Abbatia  
A. C. 1734. pro more illius gentis electa est  
 autem undecima Septembris ejusdem  
 anni ultro abdicata hac dignitate  
 Monasterium S. Magdalensæ de Treveris  
 transmigravit: Tandem vero data  
 Papam literis a solemnibus votorum  
 sione liberari petiit: Causabatur  
 maturum judicium, Viduæ & a  
 Matri assistendi necessitatem, &  
 nescio quæ: Pontifex re rite per  
 haud amplius indulgit, nisi ut  
 Ordinis sui instituto ad sæculum  
 verti, ac laicis vestibus induta  
 dere posset. Obtena hac gratia  
 Ludovicus Franciæ Rex hanc Abbatissam  
 Ducissæ de Claromonte Tonnerre  
 cessit.

Jam supra mentionem ingesta  
 de Seminario nuper in Calabria erecto  
 superaddendum est, quod Clemens  
 suadente Congregatione de Propaganda  
 da fide, ad ampliandum hoc Semina-  
 rium duodecim aureorum millia sum-  
 ditavit, eo fine, ut ibidem Græcæ  
 tionis Juvenes in Religione Catholica  
 & literis probe instructi ad plagas  
 tales transmitti, & epistolare com-  
 muni cum Græcis trans mare  
 tibus fovendi posset.